

# Two Letters on Music of Giovanni Battista Benedetti to Cipriano de Rore. Part II: Transcription and Translation into English

Giulia Capecchi<sup>1</sup>, Danilo Capecchi<sup>2</sup>

<sup>1</sup>Schola Cantorum Basiliensis, FachHochschule NordwestSchweiz, Basel, Switzerland

<sup>2</sup>Faculty of Architecture, Sapienza University of Rome, Rome, Italy

Email: giulia.capecchi95@gmail.com, danilo.capecchi@uniroma1.it

**How to cite this paper:** Capecchi, G., & Capecchi, D. (2025). Two Letters on Music of Giovanni Battista Benedetti to Cipriano de Rore. Part II: Transcription and Translation into English. *Advances in Historical Studies*, 14, 198-217.

<https://doi.org/10.4236/ahs.2025.142012>

**Received:** October 19, 2024

**Accepted:** March 22, 2025

**Published:** March 25, 2025

Copyright © 2025 by author(s) and Scientific Research Publishing Inc.

This work is licensed under the Creative Commons Attribution International License (CC BY 4.0).

<http://creativecommons.org/licenses/by/4.0/>



Open Access

## Abstract

In two letters written to the famous musician Cipriano de Rore, Giovanni Battista Benedetti discussed topics related to musical theory. The letters were published in the *Diversarum speculationum mathematicarum et physicarum liber* of 1585. Despite their great relevance, though, no modern translation of the letters from the original Latin into a contemporary language in full has been attempted. This paper intends to fill this gap by presenting a semidiplomatic transcription and a faithful translation into English.

## Keywords

Theory of Music, History of Acoustic, Vibrations of Strings, Migration of Pitches, Musical Proportion Theory

## 1. Transcription

The transcription comes from Benedetti's *Diversarum speculationum mathematicarum & physicarum liber* of 1585, printed by Bevilaqua in Turin; first letter pp. 277-278, second letter pp. 279-283 (Benedetti, 1585).

IO. BAPTISTAE

BENEDICTI

Patritij Veneti Philosophi

Diversarum Speculationum

*Mathematicarum & Physicarum*

Liber.

Taurini, Apud Haeredem Nicolai Bevilaque, MDLXXXV.

(Superioribus permissum.)

*TRACTATUS QUI IN HOC  
volumine continentur.*

Theoremata Arithmetica  
De rationibus operationum perspectivae  
De Mechanicis  
Disputationes de quibusdam placitis Aristotelis  
In quintum Euclidis librum  
Physica et Mathematica  
Responsa per Epistolas.

The copy consulted belongs to the library Guido Castelnuovo, of Sapienza University of Rome.

The following is a semi-diplomatic transcription of the Latin text (we chose this type of transcription because it allows a fairly clear idea of the original text while maintaining an easy readability). The shortenings are enclosed in square brackets. According to the modern transcription of the Latin text, accents are omitted, u and v are interchanged where necessary, and figures are left in their original form (duplicate figures are however omitted). Our transcription closely follows the original Latin text, differing only slightly from the version in [Reiss \(1924\)](#), which includes more interpretative editing that may obscure the text's original structure and features. Typos are correct, but signaled. The bold numbers in square brackets refer to the end of pages of the original text.

### 1.1. First Letter

DE INTERVALLIS MUSICIS  
*Cypriano Rore Musico celeberrimo.*

Opinio Hectoris Eusonij Cypriane mi dilectissime, vera non est, quod aliquis recte possit intelligere rationes consonantiarum musicae, absque cognitione illarum mediante ipso sensu, imo nemo po[tes]t calere theoriam musices, nisi aliquo mo[do] versatus sit in praxi. Qu[omod]o enim cognosci poterunt quid nam sint diapason, diapente, diatesseron, ditonus, semiditonus, hexacordum maius, aut minus, & consonantiae ex ijs cum diapason compositae, absque earum praxi? unde sequetur neq[ue] etiam cognosci posse intervalla dissonantia. Et purus practicus non intelliget quid sit octava, quinta, quarta, tertia maior, tertia minor, sexta maior, sexta minor, decima maior, decima minor, undecima, duodecima, decimatertia maior, aut minor, aut decimaquinta, & aliae, ita ut ad comparandam perfectionem musicae necessarium sit, & theoriam & praxim addiscere. Cum pr[a]eterea Ludovicus Folianus aperte monstrarit (etiam si id a diatonico sintono Ptolomei desumpserit) reperiri duos tonos, maiorem, & minorem, idest sesquioc-tavum, & sesquinonum, & tria semitonia, maius, minus, & minimum, idest sesquiquintumdecimum, qui est maius, sesquivigesimumquartum idest minimum, & mediocre, ut .27. ad .25. quae proportio superbipartiens vigesimasquintas appellatur, & cum cognoverit semiditonus consonantem esse sesquiquintum, ditonus sesquiquartum, & hexacordum minus, ut .8. ad .5. quae proportio dicitur

supertriptiens quintas, & hexachordum maius, ut .5. ad .3. haec autem vocatur super-bipartienstertias; omnium simplicium consonantiarum cognitioni, extremam imposuit manum. Et quia tibi etiam ostendere promisi in modulationibus [277] haec omnia intervalla servari, ideo ad te mitto septem hic subscripta exempla, in quorum primo, & secundo, inter diesim [in the English text is diesin], et .b. in superiori, agnosces intervallum minimi semitonij, & si ibi sit diesis, tanquam terminus ad quem, et .b. tanquam terminus a quo: quod autem inter diesim [in the Latin text is diesin] et .b. sit semitonium minimum facile agnosces si subtraxeris decima[m] minore[m] a maiori, quam facit superius cu[m] inferiori, idest cu[m] bassu.

Qua quidem, modulatione tu etiam usus es in cantilena illa, quae Galica lingua incipit. Hellas comment. Eadem, ego quoque in meis cantilenis latino sermone compositis, quae Moteta [in the Latin text is Moreta] vocantur aliquando usus sum.

Sed in tertio exemplo invenies semitonium maius, necessario genitum in superiori, si sextam maiorem cum bassu efficere volueris, quia tenor a ditono cum superiori ad diapentem, & ad unisonum cum bassu procedit ubi quiescit, progrediendo postea bassus ad semiditonus cum tenore, tunc si a proportione huius septimae, quae est ut .9. ad .5. hoc est superquadripartiensquintas demptum fuerit hexachordum maius, seu sexta maior, quae est ut .5. ad .3. remanebit proportio .27. ad .25. quae maior est quam .32. ad .30.

In quarto exe[m]plo habebis semitonium minus in superiori, quod quidem remanet ex subtractione ditoni co[n]sona[n]tis ab diatessaron co[m]prehensa a superiori cum tenore.

In quinto exemplo videbis tonum minorem, & tonum maiorem successive unum post alium in tenore, detrahendo primo semiditonus a diatessaron, quod superius facit cum tenore, vel detrahendo diapente ab hexachordo maiori, quod facit tenor cum bassu, unde remanet tonus minor sesquionus, detrahendo postea diatessaron a diapente, quod superius facit cum tenore, remanebit tonus maior sesquioctavus. In sexto exemplo deinde videbis tenorem ascendere per duos tonos minores successive unum post alium in tenore, si de[m]pseris semiditonus a diatessaron cu[m] superiori.


In .7. exemplo demum videbis superiorem ascendere per duos tonos maiores successive unu[m] post aliu[m] si dempseris diatessaron a diapente, quod facit tenor cu[m] superiori. [278].

## 1.2. Second Letter


De eodem subiecto

AD EUNDEM.

Quod alias tibi dixi, verum est, quod necessarium nullo modo sit, ut modulando, desinat cantilena in eodem tono (quod Graeci phthongum appellant) a quo inc[a]epit immo necessario semper fere, altius aut depraessius terminatur, per differentiam alicuius intervalli aequalis, vel multiplicis ipsi commati sesquioctavesimae, quod



quidem comma, quamvis cantabile non sit, insensibiliter tamen generatur, & toties ab aliqua parte ipsius cantilenae posset dictum comma generari, versus acutum, vel grave, quod in fine ipsius cantilenae, vocis phthongus reperiatur distans a primo per intervallum alicuius toni sesquinoni, seu sesquioctavi plus, minus[que], ut in subscripto exemplo clare videre potes in prima figura, ubi superius a .g. primae cellulae ad .g. secundae, interest unum comma, eo quod progrediens superius in prima cellula ipsius cantilenae a quarta ad quintam cum tenore, ascendit per tonum sesquioctavum, a prima cellula deinde ad secundam, tenor ascendit similiter per tonum sesquioctavum cum transeat a quinta ad quartam, quod facit cum superiori, in secunda cellula postea, cum superius descendat a maiori sexta ad quintam, quod facit cum bassu, seu a quarta ad tertiam minorem, quod facit cum tenore, tunc descendit per tonum sesquinonum, ita quod non revertitur ad eundem phthogum, ubi prius erat in prima cellula, sed reperitur per unum comma altius, quod quidem comma est differentia inter tonum sesquioctavum & sesquinonum, ut alias tibi demonstravi.



Progrediendo igitur hoc modo, videbis quod cum tenor a secunda cellula ad tertiam transeat a tertia minori ad quartam, quod facit cum superiori, descendit per tonum sesquinonum, unde in tertia cellula altius remanet quam in prima per unum comma, in qua tertia cellula, cum iterum transeat superius a quarta ad quintam, quod facit cum tenore, elevatur per tonum sesquioctavum, proseguendo deinde tali ordine, videbis in quarta cellula cantilenam auctam per duo commata, in sexta, autem cellula per tria commata, in octava vero per .4. commata, unde hac methodo, si cantilena prolixior debito esset, vel si talia intervalla frequentiora reperirentur, posset cantilena a principio ad finem differre per .9.

commata, & plus etiam, quae quidem [279] intervalla superant tonum sesquionum, & si essent .10. commata superarent tonum sesquioctavum, eo quod aggregatum ex .9. commatibus continetur sub istis duobus terminis hoc est .150094635296999121. et .134217728000000000. quae quidem proportio maior est proportione sesquinona, summa vero .10. commatum continetur sub. 12157665459056928801. et .10737418240000000000. quae proportio maior est tono sesquioctavo, quod autem dico de ascensu cantilenae, idem assero de eiusdem descensu, & hoc non tantum per intervallum illius commatis, quod est differentia toni maioris a minori, sed etiam per illud quod est differentia semitonij maioris a minori, ut in secundo exemplo hic subscripto videre est in descensu cantilenae per comma & comma, ut differentia inter semitonia maiore & minore, ubi in prima cellula discedens bassus a quinta cum superiori, & ab unisono cum tenore descendens ad tertiam minorem cum ipso tenore, facit cum superiori septima[m] maiorem, quae est ut .9. ad .5. superquadripartiense quintas scilicet, a qua discedens postea superius, ut faciat cum bassu sextam maiorem, descendit per semitonium maius, a qua sexta maiori descendens bassus, & ascendens per quartam, efficit cum dicto superiori tertia[m] maiorem, a qua discedens superius, ut efficiat quartam cum ipso bassu (qui quidem bassus transit in tenorem) ascendit per semitonium minus, differens a semitonio maiori per unum comma, unde cantilena remanet depressa per unum comma, cum deinde idem faciat inter tertiam, & quartam cellulam, per aliud comma descendit, & sic toties facere posset, ut postremo valde deprimatur cantilena a primo phthongo.

Quod autem hic supradictum est, circa instrumenta artificialia non accidit, quia propter organa, & clavicimbula concordantur certo quodam ordine, ita ut omnes consonantiae, excepta diapason, seu octava, sint imperfectae hoc est, aut diminut[a]e, aut superantes a iusto, ut exempli gratia, omnes quintae sunt diminutae, quartae vero sunt excessivae, quod quidem sit, ut tertiae, & sextae, non multum auribus dissonent, eo quod si quintae omnes, & quartae, perfectae essent, tunc omnes sext[a]e, & tertiae intollerabiles essent, & a perfectis differrent per unum comma, quod manifestum nobis erit hoc modo, accipiamus tres diapentes, seu quintas, consequenter successivas unam post aliam, hoc est tres proportionales sesquialteras, quarum aggregatum erit ut .27. ad .8. quae proportio, dicitur tripla supertripartiense octavas, & quae a practicis [280] appellaretur tertiadecima maior, ut exempli gratia, esset gamaut cum secundo elami, tunc talis tertiadecima valde odiosa esset sensui auditus, a qua, si dempta fuerit diapason, seu octava, remaneret quoddam hexachordum maius, seu sexta maior, auribus valde inimica, sub proportione .13. ad .8. sed haec proportio differret a proportione superbipartientetertias, p[er]fecti hexachordi maioris, hoc est sextae maioris consonantis, per proportionem sesquioctuagesimam, hoc est per unum comma, quod quidem est etiam differentia aggregati trium sesquialtearum, a tertiadecima maiori consonanti, hoc est excessus proportionis triplae supertripartientis octavas, supra triplam sesquiterciam, quae est summa ipsius duplae cum superbipartiente tertias.

A tali summa igitur trium sesquialteraarum efficitur tertiadecima maior dissonans excedens consonantem per unum comma (cuius proportio est .81. ad .80.) quae consonans continetur in proportione .10. ad .3. ut supra dixi.

Haec igitur est vera ratio, propter quam debemus comma distribuere in organis & clavicymbalis, cu[m] ab aggregato trium quintarum producat talis excessus supra perfectam, seu consonantem tertiamdecimam maiorem, quod quidem aggregatu[m], cum demptum fuerit a quintadecima, relinquet nobis tertiam minorem dissonantem, & mancam per eundem excessum a consonanti quae quidem tertia minor dissonans subtracta a diapente seu quinta perfecta, relinquet nobis tertiam maiorem dissonantem, quae consonantem excedit per eundem excessum commatis, & haec demum tertia maior dissonans, dempta ex diapason, seu octava, relinquet nobis hexachordum minus, hoc est sextam minorem dissonantem, & mutilam a consonanti per eundem excessum commatis. Vide ergo, quod cum ex aggregato trium quintarum, generetur tale intervallum, necessarium sit illud dividere per tres partes aequales, deinde ipsas distribuere, ut recte docet Doctissimus Zarlino, in libris de institutionibus musicae. Quamvis nec ipse, nec alius (quod sciam,) ullam fecerit mentionem de huiusmodi commatis generatione, ut supra dixi, quod est differentia iam dicta, divisibilis per tres partes aequales distributivas, quae a tribus quintis perfectis generatur, sive componitur, hoc est a tribus excessibus trium quintarum perfectarum supra tres quintas utiles in ipse dictis instrumentis.

Sed quia sensus auditus non potest exacte cognoscere debitam quantitatem excessus, vel defectus, intendendo vel remittendo chordas instrumentorum, ideo ha[n]c viam sequutus sum.

Sit exempli gratia, hic subscriptus ordo lignorum tangentium seu pinarum incipiens ab .G. desinens ad .g. ita quod inter ipsos terminos sit ea consonantia quae vocatur vigesimasecunda, quaero primum .b. inter .D.E. quod est nigrum ipsius Elami gravissimum, quod grosso modo facio consonans cum .G. gravissimum per sextam minorem, deinde cum ipso primo .b. ipsius Elami co[n]chordo [in the latin text it is concordo] suum octavum & quintumdecimum, quo perfectius possum; deinde accipio .b. molle secundum ipsius bfabmi quod co[n]chordo cum .b. primo ipsius Elami per quintam imperfectam, deinde cum hoc .b. secundo ipsius bfabmi co[n]chordo secundum .f. per quintam similiter imperfectam, cum quo .f. postea co[n]chordo tertium .c. persimilem quintam quem tertium .c. postea conifero cum secundo .b. ipsius elami, ita quod inter se consonent per sextam maiorem tolerabilem, & si sic invenio, tunc nihil muto has tres chordas hoc<sup>1</sup>

G A b B C \* D b E F \* g \* a b b c \* d b e f \* g \* a b b c \* d b e f \* g \*  
1 1 1 1 1 1 1 1 1 1 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 3 3 3 3 3 3 3 3 3 3 3 3 4 4

[281] est .b. secundum ipsius bfabmi, .f. secundum, et .c. tertium, sed si dictum tertium .c. valde dissonans esse cum .b. secundo ipsius elami, tunc ipsum .c. intendendo, aut remitto, quo usque aliquo modo sit consonans per sextam maiorem

<sup>1</sup>In the original Latin text in the table below, *b* between *D* and *E*, is wrongly missed, analogously the order *GABb* should be changed in *GAbB*.

aliquantulum excessivam cum .b. secundo ipsius elami, cum quo postea .c. consonare aliquantulum facio .f. secundum per quintam defectivam, & cum hoc demum .b. secundum ipsius. bfabmi, quo facto concordo secundum .c. cum tertio per octavam, cum quo secundo .c. postea concordo tertium .g. per talem quintam, quod ipsum tertium .g. cum secundo .b. ipsius bfabmi consonet tolerabiliter per sextam maiorem aliqua[n]tulum excessivam deinde cum isto tertio .g. concordo tertium .d. per talem quintam, ita quod ipsum .3.d. concordet tolerabiliter cum .2.f. per sextam maiorem excessivam, postea cum hoc .3.d. concordo .2.d. per octavam perfecte cum quo .2.d. postea concordo .3.a. per quinta[m], ut in alijs factum est, ita ut cu[m] .2.c. co[n]sonet talis sexta maior, ut supra dictum est, cum quo .3.a. postea concordo .3.e. per quintam, ut dictum est, ita quod cum .3.g. faciat sextam maiorem, ut supra, postea cum hoc .e. concordo .2.e. per octavam cum quo concordo .b. quadrum tertium per quintam, ut dictum est, ita quod cu[m] .2.d. faciat sextam maiorem similem alijs superius dictis, cum quo .b. quadrato tertio concordo tertium nigrum ipsius .f. per quintam, ita quod cum .3.a. faciat sextam maiorem, ut supra, deinde cum hoc concordo .2.f. nigrum per octavam, cum quo, per quintam concordo 3.c. nigrum ita quod cum .2.e. faciat sextam dictam, demum cu[m] hoc concordo .4.g. nigrum per quintam, ita quod faciat cum .3.b. quadrato sextam dictam, & sic ad ultimam quintam pervenio, supra quod .g. nigrum nulla quinta amplius reperitur, postea cum istis chordis concordo per ottavas omnes alias ab acutis ad graves.

Valde etiam admiratione dignum est, quod perfectiores quaeque consonantiae, ita in harmonica divisione sibi invicem convenient, ut diapason cum diapente, cum diapasondiapente, cum ditono, cum hexachordo maiori cum bisdiapason, cu[m] decimaseptima maiori. Nam in ipsa diapason, harmonice locatur diapente in parte graviori, & diatessaron in acutiori. In diapente vero harmonice locantur tonus maior in parte graviori, & tonus minor in acutiori. In ditono harmonice locantur ditonus in parte graviori, & semiditonus in acutiori. In hexachordo maiori, harmonice locantur diatessaron in parte graviori, & ditonus in acutiori. In diapasondiapente, harmonice locantur diapason in parte graviori, & diapente in acutiori. In bisdiapason, harmonice locantur decima maior in parte graviori & hexachordum minus in acutiori. In decimaseptima maiori harmonice locantur diapason diapente in parte graviori, & hexachordum maius in parte acutiori. Ita quod tonus sesquioctavus in ditono, proportionalis est ipsi ditono in diapente. Tonus vero sesquiquonius in ipso ditono, proportionalis est triemitonio, vel sesquintonio seu semiditono (quod idem est) in diapente. Ditonus autem in diapente; proportionalis est ipsi diapente in diapason. Sesquintonus vero in diapente, proportionalis est diatessaron in diapason. Et sic de singulis. Ita quod tonus sesquioctavus in ditono, ditonus in diapente, diatessaron in hexachordo maiori, diapente in diapason, diapason in diapason diapente, decima maior in bisdiapason, diapasondiapente in decima septima [282] maiori, omnia sibi invicem sunt proportionalia, idem etiam dico de reliquis partibus, cum relatae fuerint ad sua tota.

Nec alienum mihi videtur a proposito instituto, speculari modum generationis

ipsarum simplicium consonantiaru[m]; qui quidem modus fit ex quadam aequatione percussionum, seu aequali concursu undarum aeris, vel conterminatione earum. Nam, nulli dubium est, quin unisonus sit prima principalis auditu[ue]; amicissima, nec non magis propria consonantia; & si intelligatur, ut punctus in linea, vel unitas in numero, quam immediate sequitur diapason, ei simillima, post hanc vero diapente, caeteraeq[ue]. Videamus igitur ordinem concursus percussionum terminorum, seu undarum aeris, unde sonus generatur.

Concipiatur igitur mente monochordus, hoc est chorda distenta, quae cum divisa fuerit in duas aequales partes a ponticulo, tunc unaquaeq[ue]; pars eundem sonum proferet, & ambae formabunt unisonum, quia eodem tempore, tot percussiones in aere faciet una partium illius chordae, quot & altera; ita ut undae aeris simul eant, & aequaliter concurrant, absque ulla interfectione, vel fractione illarum invicem.

Sed cum ponticulus ita diviserit chordam, ut relicta sit eius tertia pars ab uno latere, ab alio vero, du[a]e terti[a]e, tunc maior pars, dupla erit minori, & sonabu[n]t ipsam diapason consonantiam, percussiones vero terminorum ipsius, tali proportione se invicem habebunt, ut in qualibet secunda percussione minoris portionis ipsius chordae, maior percutiet, seu concurret cum minori, eodem temporis instanti, cum nemo sit qui nesciat, quod quo longior est chorda, etiam tardius moveatur, quare cum longior dupla sit breviori, & eiusdem intensionis tam una quam altera, tunc eo tempore, quo longior unum intervallum tremoris perfecit, brevior duo intervalla conficiet.

Cum autem ponticulus ita diviserit chordam, ut ab uno latere relinquuntur duae quintae partes, ab alio vero tres quintae, ex quibus partibus generatur consonantia diapente; tunc clare patet, quod eadem proportione tardius erit unum intervallum tremoris maioris portionis, uno intervallo tremoris minoris portionis, quam maior portio habet ad minorem; hoc est tempus maioris intervalli ad tempus minoris erit sesquialterau[m]; quare non co[n]venient simul, nisi perfectis tribus intervallis minoris portionis, & duobus maioris; ita quod eadem proportio erit numeri intervallorum minoris portionis ad intervalla maioris, quae longitudinis maioris portionis ad longitudinem minoris; unde productum numeri portionis minoris ipsius chordae in numerum intervallorum motus ipsius portionis, aequale erit producto numeri portionis maioris in numerum intervallorum ipsius maioris portionis; quae quidem producta ita se habebunt, ut in diapason, sit binarius numerus; in diapente vero senarius; in diatessaron duodenarius, in hexachordo maiori quindenarius; in ditono vicenarius, in semiditono tricenarius, demum in hexachordo minori quadragenarius: qui, quidem numeri non absque mirabili analogia conveniunt invicem.

Voluptas autem, quam auditui afferunt consonantiae fit, quia leniuntur sensus, quemadmodum co[n]tra, dolor qui a dissonantijs oritur, ab asperitate nascitur, id quod facile videre poteris cum conchordantur organorum fistulae. [283]

## 2. Translation into English

The translation from Latin to English has been made quite close to the original

text, even at the expense of elegance of exposition; punctuation has often been changed and not always the verb tenses are respected. The following major caveats apply.

**Intervals.** Benedetti uses the Greek terminology of intervals, in which the most important consonances are the diapason (2:1), the diapente (3:2), and the diatesaron (4:3). However, this nomenclature is often supplemented or replaced by the Latin terminology based on the division of the octave into seven intervals (octave, fifth, fourth).

For the elemental components of the musical scale, Benedetti uses the language of the time, which is established and coincides with the modern language for whole tones, major (9:8) and minor (10:9), but differs for the semitones, for which there is still no established use and for which even Benedetti is sometimes not precise in his definition. He introduces three kinds of semitones, which he calls *minimum*, *minor* and *maius*, characterized by the ratios (25:24), (16:15) and (27:25) respectively. Following Fogliano, who in the *Musica theorica* defined: major [maius] interval as the ratio 27:25, minor [minus] 16:15 and minimum [minimum] 25:24, which are in descending order [6, ff. 18v-19r, and f. 31v], on its part Zarlino called (16:15) and (25:24) *maggiore* and *minore* in the *Dimostrazioni harmoniche* and in the *Sopplimenti musicali* (Zarlino, 1588) gave three kinds of semitone.

We have chosen not to translate Benedetti's Latin names of the semitones literally, so as not to introduce ambiguity. For example, Benedetti's semitone minor is defined by the same ratio (16:15) as the modern major semitone. Therefore, we have translated minimum with *minimal*, minor with *small* and maius with *maximal*.

**Ratios.** Ratios (referred to by the then-common term proportions) defining musical intervals are divided into superparticulars and superpartients, as used from the Middle Ages, following the treatise of Nicomachus (1926); this nomenclature was also adopted by Boethius. In medieval Latin musical literature, the superparticular genus gives rise to species defined by the prefix sesqui, a Latin term originally denoting a ratio of (3:2), but generalized to cover intervals of the kind  $(n+1)/n$ . Since there is no simple consolidated English nomenclature, we insist on using the term sesqui- $n$ th for a superparticular interval of order  $n$ . In this, we follow Zarlino example in his translation from Latin to Italian (Zarlino, 1562: pp. 21-38). For example,  $n=10$  corresponds to the ratio (11:10), which can be called a sesqui-tenth ratio. We have made exceptions for  $n=2,3,8,9$ , for which there are quite common English names, corresponding respectively to sesquialtera, sesquitercian, sesquioctave, and sesquinona.

The superpartient genus refers to ratios of the form  $(n+a)/n$  where  $a>1$ , so as not to fall into the superparticular genus. It gives rise to ratios that are called super- $a$  partient  $n$ th. For  $a=2$  and  $n=25$ , we have for example the super-bi-partient twenty fifth (27:25), the ratio of the maximum semitone. A ratio defined by  $(kn+p)/n$  is named  $k$ -th super  $p$  partient  $n$ -th. In the present case, with

$k = 3$ ,  $p = 3$ ,  $n = 8$ , we have 27:8, and the ratio is named super-three-partient-octave.

## 2.1. First Letter

### The Intervals of Music

To Cipriano de Rore, a renowned musician.

My most beloved Cipriano, the opinion of Hector Eusonius<sup>2</sup>, according to which one can understand the meaning of consonances without knowing them through the senses, is wrong, and no one can be an expert in music theory unless he has some practical experience<sup>3</sup>. And how can one be aware [Latin: cognosci] of the diapason [octave], the diapente [fifth], the diatessaron [fourth], the ditone [major third], the semitone [minor third], the hexachord [sixth] major and minor, and the consonances derived from them composed with the diapason, without their practice? From which it follows that he will not even be able to know the dissonant intervals.

But the ordinary practitioner cannot understand [Latin: addiscere]<sup>4</sup> what the octave, fifth, fourth, major third, minor third, major sixth, minor sixth, major tenth, minor tenth, eleventh, major or minor twelfth or others are<sup>5</sup>. Therefore, to achieve perfection in music it is necessary to learn both theory and practice. Furthermore, as Ludovico Fogliano (1529) clearly showed<sup>6</sup> (although he derived it from Ptolemy's diatonic syntonic system), there are two whole tones, major and minor, given by the sesquioctave [9:8] and the sesquinone [10:9], and the three semitones, small semitone [minus], minimal semitone [minimum] and maximal semitone [maius]<sup>7</sup>, given by sesqui-fifteenth [16:15], which is the small, sesqui-twenty fourth [25:24] which is the minimal, and the maximal, [Latin: mediocre] which is like 27 to 25, which is called the super-bipartient twenty fifth proportion,<sup>8</sup> and as you know the consonant semitone is the sesqui-fifth [6:5], and the ditone [is] the sesqui-forth [5:4], the minor hexachord [is] as 8 to 5, whose proportion is

<sup>2</sup>Ettore Ausonio (1520?-1570). Mathematician at the Savoy court before Benedetti (Frank, 2014).

<sup>3</sup>Here practice may be given the meaning used by musicians that is *Musica practica*, or it may be assumed to refer to an empirical approach since Benedetti considered music to be a mixed mathematics based on experience and not on metaphysics, as is the case in the Pythagorean tradition. From the rest of the letter it could be deduced that Benedetti was inspired in his view by Lodovico Fogliano (1475-1542); see ([6, f. 14r]). But it could also be that his conclusion was derived from the newly discovered Greek texts on music theory.

<sup>4</sup>The combination of theory and practice is not strange to Benedetti, who was a mathematician, and considered mathematics to be the highest form of knowledge, and in this perspective he cannot fail to give importance to theoretical knowledge which for him coincides with mathematical knowledge.

<sup>5</sup>Here Benedetti uses the modern denomination, partly repeating the intervals mentioned above.

<sup>6</sup>Benedetti is referring to Fogliano's *Musica theorica* of 1529.

<sup>7</sup>In the Latin text, the order is maius, minus, and mininum, but this should be a typo, because otherwise there is no consistency with the following.

<sup>8</sup>The interval (16:15) is sometimes referred to in the Latin text as a major semitone, sometimes as a minor semitone (the latter being the more common acceptance). In the English translation, we have called it a small semitone, everywhere. In Duffin (2017: p. 242) a special emphasis is given to the Latin term *mediocre* which is assigned the value of 135:128, intermediate between 16:15 and 25:24, an interval not found in Fogliano, to which Benedetti seems to refer. We more simply assume that this was if not a typo, an imprecise wording to mean maximal.

called super-threepartient fifth and the major hexachord as 5 to 3, which is also called the third super-bipartient third; and [Fogliano] reached the definitive knowledge of all the simplest consonances. And here I will show you as promised the modulation of all intervals, [277] so I attach these following seven examples (see **Figure 1**).<sup>9</sup> In the first and second of [these examples] between  $\sharp$  and  $\flat$ .<sup>10</sup> we recognize in the superius the interval of the minimal semitone. If you take the [natural] B as the ad quem term and the B flat as the a quo term, then between natural B and B flat there is a minimal semitone. You can easily recognize this if you subtract the minor tenth from the major tenth, that the superius makes with the inferior, that is, with the bassus.<sup>11</sup> This modulation was also used by you in the chant that in French language begins with *Hellas comment*.<sup>12</sup> I, too, have sometimes used it in the chants composed in Latin called motets.<sup>13</sup>

**Figure 1.** Modern transcription of Benedetti's examples of the first letter. From bottom to top in the staff: bassus, tenor, superius.

But in the third example a maximal semitone, generated in the upper part,

<sup>9</sup>In the figure, the vertical lines do not delimit the bars of a single piece, but six independent short pieces of music. The voices according to Benedetti are bassus, tenor, superius.

<sup>10</sup>In modern notation, in the order, B natural and B $\flat$ , where Benedetti's sharp coincides with B.

<sup>11</sup>Benedetti assumes that the two tenths in the first example are consonants, and in particular that they coincide with the major tenth between the notes G and B and the minor tenth between the notes G and B $\flat$ . The difference between the two tenths is equal to the difference between the major and minor thirds, given by  $5/4:6/5 = 25/24$  which is exactly the semitone called minimum by Benedetti (and Fogliano).

<sup>12</sup>Second part of the last madrigal of De Rore's madrigal collection (*De Rore*, 1569).

<sup>13</sup>Benedetti implicitly claims to be proficient enough in music theory to compose motets in Latin himself.

